ZUSAMMENGESETZTE THEOLOGISCHE HANDSCHRIFT
Klosterneuburg, Ende 14. Jh. (1378) Seite 148v
Quelle: https://manuscripta.at/?ID=410
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



et disciplinatam. ut dicat huic
vade. et vadat. Et alio veni et
veniat. Et suo tuo corpori fac
hoc et absque contradictione faciat. Qui
sic semetipsum regit et ordinat
in conscientia sua optime sibi credendus
est. et committendus in cella sua.
Sed hoc perfectorum est. vel perfecte iam
proficientium quod ideo proponimus in
cipientibus et novitiis ut sciant
quid desit sibi. Et quo extendere
De suscipiendis ad cellam. habeant intentionem studii sui.
Sciendum vero est. quia cum de car
nali vel de animali sensu. vel
de rationali scientia. vel disserimus de
spirituali sapientia. et unum hominem
describimus in quo secundum diversos
profectus et profectuum proventus.
et intentionis affectus hec omnia
diversis temporibus possibile est in
veniri. Et tamen hominum genera sin
gula secundum statuum horum proprieta
tes in professione religionis

in cellis militancia. Quamvis
celle dignitas et sancte solitudi
nis. et solitarie professionis titu
lus. non nisi perfectis convenire videtur.
Quorum sicut sanctus apostolus est solidus
cibus. et qui pro consuetudine habent
exercitatos sensus ad discretionem
boni et mali. In quo et si ra
tionalis qui proximus sapienti. ut cumque
videretur esse tollerandus. Sed certe
animalis qui non percipit ea que dei sunt.
penitus putaretur arcendus.
Sed occurrit petrus apostolus de quibus
dicens. Si spiritum sanctum acceperunt
sicut et nos ego qui eram ut pro
hiberem dominum. Spiritus enim sanctus bona
voluntas est. Hec enim sine grandi
scrupulo mentis. a quocumque profes
sionis altitudine arcendus est
cui testis inhabitantis et tractantis
spiritus sancti bona voluntas est.
Siquidem ex duobus hominum generibus
cellarum habitatio supplenda est.